

Tabula Chronologica

A. M.		A. Chr.
	Jerusalem se sinit; sed non sine caede suorum pedem referre cogitur. Antiochus audiens, Judæos sparsim de obitu suo inanem tumorem non invitis auribus excepisse, Jerusalem petens, urbem diripit, atque ultra 80000, virorum trucidat.	
3836	Apollonius in Judæam ab Antiocho Epiphane missus, moenibus Jerosolymæ everfis, in populum sævit. Arcem vero in monte, ubi Civitas David constituta erat, juxta Templum excitat. Judas Macchabæus, unâ cum aliis novem in desertum aufugit.	164
3837	Lato ab Antiocho Epiphane edicto, omnes ejus ditioni subjecti populi ad religionem Græcorum profitendam adiguntur. Sacrificia in Templo intermittuntur; & simulacrum Jovis Olympici in Altari Holocaustorum erigitur. Eleazari senis, & septem fratrum Macchabæorum unâ cum matre, martyrium Antiochiæ consummatur. Matthias septemque ipsius filii ad montes confugiunt, quibus & Asidæi junguntur.	163
	Circa idem tempus Jesus filius Sirach author Ecclesiastici florebat.	
3838	Matthias moritur, cui Judas Macchabæus succedit. Judas prælio Apollonium vincit; deinde & Seronem Præfectum Cœlesyriæ.	162
3839	Antiochus Epiphane exhausto ærario, solvendisque Romanorum copiis impar, in Persidem contendit. Nicanor, & Gorgias subinde & Ptolemæus filius Dorymenis, in Judæam cum exercitu ingrediuntur. Judas Macchabæus in Nicanorem movens, ejus exercitum in fugam vertit. Gorgias manum conferere non audet.	161
3840	Lyfias in Judæam cum exercitu veniens, prælio victus, Antiochiam recedere cogitur. Judas Templum lustrat, quod triennio ante Gentes violaverant.	160
3840	Timotheus, & Bacchides, Duces copiarum Syriæ prælio à Judâ vincuntur. Antiochus Epiphane in Perside occumbit. Antiochus Eupator ejus filius novennis puer sub administratione Lyfiæ, regnum init. Judas in hostes gentis suæ, in Idumæam, & in Transjordanas gentes bellum infert. Timotheus iterum castris à Judâ exiit.	160
3841	Gentes Transjordanæ, atque Galilæi in Judæos conspirantes, à Juda, ejusque fratribus in ordinem rediguntur. Lyfias in Judæam veniens, foedus cum Juda inire, atque Antiochiam regredi cogitur. Literæ Antiochi Eupatoris pro Judæis. Romanorum Legati, datis ad Judæos literis, favorem suum pro illis apud Syriæ Reges pollicentur. Illatam à civibus Joppe, & Samariæ in juriam Judas condignâ ultione reparat. Judas bellum in gentes Transjordanas infert. Timotheum, alterum illum ab eo, de quo supra, copiarum Syrarum ductorem frangit. Dein in Idumæam adversus Gorgiam movet; relatque de illo victoriâ, sub Judæorum, qui in prælio ceciderant vestibus, aurum latens invenit, quod in Fano Idolorum Jamniæ subriperant; quare Sacrificia pro illis Jerosolymæ indicit. Antiochus Eupator ipse per se exercitum in Judæam ducens, Bethsuram obsidet, atque post leves aliquas cum hostibus pugnas, tandem capit. Dein Jerusalem obsidet. Hoc temporis spatio, cum Philippus, cui Antiochus Epiphane Regni administrationem commiserat, Antiochiam venisset, Lyfias ad ineundam cum Judæis pacem, atque iter Antiochiam quantocyus maturandum, Regi author fuit. Antequam Antiochus regrederetur, Jerusalem ingressus, murum illum dejecit, quem Judas, ne quid incommodi Templum ab Arce patere, struxerat.	159
3842	Menelaus Summus Sacerdos moritur. Alcimus sacris præest. Onias IV. filius Oniæ III., ad quem jure hæreditario Summum Sacerdotium pertinebat, in Ægyptum secedens, ibi paulo post Templum Onion, ad instar Jerosolymitani, excitat. Demetrius filius Seleuci, obses Romæ detentus, fugâ sese subducens, in Syriam venit; ibique sublato prius Eupatore nepote suo, & Lyfiâ Regni administratore, Regnum occupat.	158
3843	Alcimus dignitatem Summi Sacerdotii, quam ab Eupatore acceperat, à Demetrio ratam habere postulat. Alcimus in Judæam, unâ cum Bacchide, rediens, Jerusalem ingreditur. Inde pulsus, ad Demetrium iterum se confert: à quo missus Nicanor in Judæam cum copiis, ut virum deduceret. Nicanor cum Judâ foedus init, quocum aliquandiu convenit.	157

Alci-

Generalis Historiæ Bibliæ. 495

A. M.		A. Chr.
	Alcimus Nicanorem apud Regem de proditis ejus rebus accusat; quare Demetrius, datis ad Nicanorem literis, ad se Judam deduci imperat. Judas rem subodoratus, secedens, collectâ suorum manu Nicanorem aggreditur; quâ in pugna Nicanor 5000 virorum amissis vincitur. Razias inclutus senex, ne in manus Nicanoris vivus incidat, necem sibi infert. Alterum prælium Judæ cum Nicanore, in quo, Nicanore occiso, plena victoria pro Juda stetit.	
	Bacchides, & Alcimus iterum in Judæam.	
3843	Judas, plerisque suorum fugâ dilapsis, manus cum hoste conferens, strenuè pugnans in castrum à se hostium strue ipse tandem exanimis concidit. Jonathas Macchabæus in Ducem populi, & in Summum Sacerdotem eligitur. Legati ad intendum cum Romanis foedus à Juda missi, in Judæam regrediuntur. Bacchides Jonatham insequitur; qui tamen post aliquas cum hoste velitationes, Jordanis alveum in hostium conspectu natatu transgreditur. Alcimus moritur.	157
3844	Jonathas, & Simon Macchabæi obsidione in Beth Bessen, sive Beth-agla clauduntur. Jonathas tamen ex urbe dilapsus, coactâ militum manu plures hostium copias fundit.	156
3846	Simon, ejus frater, in hostes frequenter erumpens, res Bacchidis turbat. Jonathas pacis condiciones proponit, quas hostes acceptant. Jonathas in Macmas sedem figit, ibique populo jura dicit.	154
3847	Alexander Bala, filius spurius Antiochi Epiphane, in Syriam ad Regnum capefscendum venit.	149
3852	Demetrius Soter Rex Syriæ, datis ad Jonatham literis, auxillares copias in Alexandrum postulat. Alexander etiam paribus ad Jonatham literis, amicitiam, atque Summi Sacerdotis dignitatem offert. Jonathas Alexandri condiciones acceptat, purpurâ induitur, atque Jerosolymæ munera Summi Sacerdotis primùm exercet; ibique sedem figit. Demetrius Soter novis literis Jonatham invitât; sed Jonathas de ejus promissionibus dissidit.	148
3854	Demetrius Soter moritur. Alexander Bala in Syriâ regnat. Onias IV. filius Oniæ III. Templum Onion in Ægypto instar Jerosolymitani ædificat. Dissidium Judæorum & Samaritanorum Alexandriæ causâ Templorum utriusque gentis. Samaritani à Rege Ægypti damnantur; & Templum Jerosolymitanum Templo Garizim præfertur. Aristobolus Judæus Peripateticus in Ægypto sub Ptolemæo Philometore floret.	146
3854	Demetrius Nicanor filius natu major Demetrii Soteris, in Ciliciam ad recuperandum Regnum patris sui venit. Apollonius, cui Alexander Bala rerum administrationem commiserat, Demetrii partibus contra Balam favet. Apollonius in Jonatham Macchabæum Balæ faventem movet. Prælio vincitur.	146
3858	Ptolemæus Philometor Rex Ægypti in Syriam venit, specie quidem; ut auxillares copias Balæ adducat, re tamen, ut illum à Regno deturbet.	142
3859	Alexander Bala cum Philometore, & Demetrio manus conferens, prælio victus in Arabiam ad Zabdielem Regem confugit, à quo capite plexus est. Ptolemæus Philometor in Syriâ moritur. Cleopatra ejus uxor, Oniæ, filio Oniæ tertii, Judæo exercitum ducendum committit. Onias in ordinem redigit Ptolemæum Physconem, filium Philometoris, qui matrem ab administratione Regni deturbare conabatur. Jonathas afflictis Syriæ rebus sub Demetrio Nicanore, occasione captâ, arcem Jerosolymitanam, quam Syri tenebant, aggreditur. Demetrius in Palæstinam veniens, muneribus à Jonatha delinitur.	141
3860	Demetrius in Antiochenos desciscentes movet, cui Jonathas auxillares copias mittit. Tryphon puerum Antiochum filium Alexandri Balæ ex Arabiâ reducens, in Regem Syriæ salutarî procurat; cui Jonathas, relictis partibus Demetrii Nicanoris, favet.	140
	Jonathas foedus cum Romanis & Lacedæmonibus innovat. Proditione à Tryphone captus Ptolemaide, aliquantô post occiditur.	
3861	Simon Macchabæus ad regendum populum assumitur. Tryphon, ocelso puero Antiocho Deo, regnum Syriæ occupat. Simon Demetrio Nicanori è regno Syriæ deturbato favens, immunitatem	139

496 Tabula Chronologica

A. M.	Ante Chr.
	tatem ab illo totius Judææ, atque à jugo gentium libertatem obtinet.
3862	Syrorum præsidium ab arce Jerofolymitanâ recedere, deditionem factâ cogitur. 138
	Demetrius Nicator, sive Nicanor in Persidem cum exercitu venit; ibique à Rege Persidis capitur.
	Simon in cœtu populi Jerofolymæ Dux populi, & Summus Sacerdos salutatur.
3864	Antiochus Sidetes, frater Demetrii Nicatoris, in Syriâ regnans, eudæda monetâ privilegio Simonem donat, vetera etiam privilegia Judæis rata habet. 136
3865	Legati Romam ad innovandum fœdus missi, in Judæam ingrediuntur. 135
3866	Antiochus Sidetes à Simone dissidens, Cendebæum in Palæstinam ad regionem excurrendam mittit. 134
	Cendebæus à Joanne, & Judâ filiis Simonis vincitur.
3869	Simon unâ cum duobus filiis suis proditione interficitur à Ptolemæo genero suo in arce Doch. 131
3870	Hircanus, alio nomine Joannes Hircanus, Simoni succeditur. 130
	Antiochus Sidetes Hircanum Jerofolymæ clausum obsidet.
	Hircanus inducias octo dierum à Rege impetrat, quod Tabernaculorum Festum celebretur. Cum Antiocho componitur.
3870	Hircanus thesauros è sepulchro Davidis, seu potius è loculis latentibus Regum Juda effodit. 130
3873	Antiochus Sidetes expeditionem in Persas suscipit, in quâ Hircanum habet adiutorem. Victus tamen interficitur. 127
3874	Hircanus, excusso Regum Syriæ jugo, plenam Regno vindicat libertatem; quin & varias Syriæ urbes occupat. 126
3875	Illatis in Idumæos armis, ad subeundam circumcissionis legem obligat. 125
3877	Missis Romam Legatis, fœdus cum Senatu innovat. 123
	Cùm ambo Antiochi Syriæ Reges mutuis bellis implicantur, Hircanus in suo se Regno etiam atque etiam confirmat.
3884	Samariam anni obsidione capit. 106
3895	Hircanus post 29. Regni annos moritur. 105
3898	Sub ejus Regno tres potissimâ Hebræorum Sectæ cœpisse creduntur: Pharisaorum, Esseniorum, & Saducæorum; certior tamen earum epocha ignoratur. 102
	Judas, alio nomine Aristobulus, post Hircanum regnat. In socium administrationis Antigonus alter Regis frater accitur; ceteri verò fratres, & mater in vinculis relinquuntur. Quin & mater in carcere inediâ enecatur. Aristobulus Regium diadema, & titulum assumit.
	Bellum Aristobuli in Ituræos, quos Antigonus prælio victos ad circumcissionem cogit.
	Regressus ab expeditione Antigonus, jussu Aristobuli occiditur.
3899	Aristobulus post exactum in Regno annum moritur. 101
	Alexander ejus frater regnat; quo Ptolemaidam aggresso, ne Urbs capiatur, Ptolemæus Lathurus in ejus auxilium promptè accurrens efficit. Alexander, reducto exercitu, regionem excurrit.
3900	Lathurus insigni victoriâ Alexandrum frangit. 100
3901	Cleopatra Ægypti Regina Lathurum, ne in Ægyptum veniat, præveniendum rata, Helciam, & Ananiam Judæos cum valido exercitu in illum mittit. 99
3902	Alexander Jannæus Rex Judæorum, fœdere cum Cleopatrá inito, urbes aliquas Palæstinæ debellat. 98
3906	Dein Gazam tentans, urbem capit, & evertit. 94
	Judæorum in Regem seditio, qui tamen in ordinem ab illo rediguntur. Prosperis in externos bellis vincit.
	Sed intestinis in suos bellis integro sexennio affligitur; quin & à seditiosis Demetrius Eucærus, Syriæ Rex, accitur.
	Alexander prælio vincitur; ejusque in ultimam extremitatem redacti aspectu Judæi commoti, ultrâ se illi submittentem veterem utrinque harmoniam innovant.
	Demetrius Eucærus in Syriam re infectâ redire cogitur.
	Antiochus Dionysius, Syriæ Rex, irruptionem in Judæam facit. Arabes aggreditur, quos prælio quidem primùm vincit, deinde tamen altero prælio ab illis fufus, interficitur. Aretas Rex Arabum victoriâ tumens, armis in Alexandrum versis, secundo prælio cum illo congreditur; mox verò fœdere inter utrosque Reges inito, Aretas copias reducit.
3920	Alexander Jannæus urbes Dion, Gerafæ, Gaulonis, Seleuci, aliasque expugnat. 80

Ale-

Generalis Historiæ Biblicæ. 497

A. M.	Ante Chr.
	Alexander Jannæus moritur. 74
3926	Alexandra ejus uxor ad Regni administrationem evocata, Pharifgos sibi, supremâ cum illis autoritate communicatâ, conciliat. 67
3933	Aristobulus II. filius Alexandri Jannæi, coactis veteranorum militum patris sui copiis, de matris, & Pharifæorum administratione aliè conqueritur. 66
3934	Deinde matris ægotantis occasione captatâ, potissimas Judææ arces occupat. 65
3935	Alexandrâ vitâ fundâ Hircanus ejus filius, natu major, & frater Aristobuli in Regem salutatur. 62
3938	Prælium inter Hircanum, & Aristobulum, in quo Hircanus vincitur. Pax inter utrosque fratres sancitur eâ conditione, ut Hircanus ad privatam fortunam redactus, suis bonis quietus fruatur. Aristobulo verò supremum jus, quâ Regium, quâ Sacerdotale maneat. Ita Hircanus post exactum in Regno triennium, ac totidem menses, Aristobulo cessit. 61
3939	Hircanus insigante Antipatro, ad Regem Arabum secedit. Aretas Rex Arabum restituendi Hircani in Regnum expeditionem suscipit. 61
3939	Aristobulus, prælio victus, in Templo Jerofolymitano obsidetur. Legatos suos ad Gabinium primùm, deinde ad Scaurum, qui jussu Pompeji in Syriam venerant, mittit, eorumque animos ingenti pecuniâ summâ oblatâ tentat, quò & partibus suis favere velint, & Aretæ injungere, ut obsidionem quanto cyùs solvat. Scaurus, missis ad Aretam literis, jubet copias quanto cyùs reducere, nisi Romanos hostes malit experiri. Aretas parat, & recedenti Aristobulus insistens, prælio secundo de hostibus ulciscitur. 60
3940	Pompejus, cum in Damascum venisset, utrosque fratres coram se accitos auscultat, atque fraterno simul animo vivere suadet. 59
3941	Aristobulus Jerofolymam se recipiens, Pompejo urbem obsidenti resistit. Sed tandem Urbis, & Templum expugnantur: Aristobulus in hostium potestatem venit, & Hircano Sacra, & Regia dignitas restituitur; eâ conditione, ut à diademate ferendo abstineat. Judæa in veteres terminos redacta, Romanorum tributaria efficitur. Alexander filius Aristobuli, ex hostium manibus, cum Romam duceretur, dilapsus, in Judæam veniens exercitum cogit. 53
3947	Gabinus, Romanorum copiarum Imperator, illum aggressus, prælio vincit, atque in arce Alexandri clausum obsidet. Alexander deditione factâ, omnes, quas occupaverat, arces Romanis restituit. 52
3948	Aristobulus Româ dilapsus in Judæam veniens, arcem Alexandrium restituere tentat. Romani, promptè accurrentes, modicis copiis prælium committentem cædunt. Ille Macheruntem confugiens, arcem munitionibus vallare molitur; sed promptâ hostium obsidione impeditus, post toleratam aliquandiu eandem obsidionem, tandem captus, Romam iterum transmittitur. 51
3949	Ptolemæus Auletes, Rex Ægypti, corruptum immensâ auri vi Gabinium adducit, ut ad Thronum Ægypti Romanorum armis reduceretur. Antipater annonas Romanis præbet, datisque ad Judæos Pelusii literis, aditum Romanis facilem parare rogat. Gabinio bello Ægyptiaco implicito, Alexander filius Aristobuli Judæam vastat; sed mox Gabinus accurrens, commissio ad montem Thaboris prælio, illum vincit, atque disperdit. 50
3950	Gabinio è Provinciâ excedenti, Crassus succititur. Crassus in Provinciam veniens, cum quietam offendifset, expeditionem in Parthos statuit. 49
3951	Jerofolymam veniens, in ingentes Templi thesauros manum injicit. In Parthos profectus, conferto cum illis prælio vincitur, atque interficitur. 48
3952	Exercitus Romani reliquias Cassius per viam supra Euphratem reducens, Tarichæam capit, atque ultra 30000. Judæorum captiva adducit. Alexandrum filium Aristobuli in ordinem reducens, quietum se continere cogit. 45
3955	Julius Cæsar Summum Romanorum Imperium occupans, Aristobulum liberum abire permittit, atque in Syriam reduci duas legiones concedit. Sed Pompeji fautores clam Aristobulum venenos subducunt. Scipio capite plefit Alexandrum juniorem filium Aristobuli. Antipater jussu Hircani comitem se Mithridati adjungens, in Ægyptum ad deducendas Cæsari auxiliares copias, atque Provinciæ debellanda non inutilem operam præstiturus, cum illo contendit. 43
3957	Differt. Calmet Tom. II. R r Pe.